



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

XI priores dies complectens

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1863

Ad VI Januarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72708)

EX VARIIS.

DE SS. HONOBERTO ET HONULPHO EPP.

AD VITAM S. GERLACI.

NOT. 104. **P**ag. 288, col. 1, lin. 6, post, agi v Januarii, adde [Hos quoque refert hoc die Saussaius, testaturque hactenus una eademque celebritate quotannis in Ecclesia Senonensi ex avita consuetudine percoli.

Pag. 309, col. 1 annot. ad cap. 6, litt. c dele ista [Non est relatus (Leo III) in numerum Sanctorum, licet hic Sanctus appellatur] atque ista restitue [An sit relatus solenni Ecclesie ceremoniam in album Sanctorum, nobis non constat. Non hic solum, sed alibi saepe ab antiquis scriptoribus Sanctus appellatur; fuitque eximia sanctitate et miraculis clarus, ut in Junii dicemus.

NOT. 106.

DE S. FLAMIDIANO M.

NOT. 105. **P**ag. 289, col. 1, num. 5, in fine, adde : [Refert eum quoque hoc die Saussaius in Supplemento Martyrologii, et Flavidianum vocat, traditque sub Maximiano coronatum.

AD VI JANUARIJ.

DE B. GUARINO EP. CEDUN.

NOT. 107. **P**ag. 348, col. 1, post num. 1, ornat elogio, adde [Josias Simlerus (si fas est hominis heterodoxi hic uti testimonio) in descriptione Valesiae lib. 2 fol. 47, ita scribit : Post Amatum

Guarinum Sedunorum episcopatum administrasse certum est: quo anno et quamdiu, incertum. Hic post obitum in cenobio Vallis Alpium apud Equestres sepultus est: uterque a posteris in Divorum numerum relatus fuit. De S. Amato agemus XIII Septembris.

AD VII JANUARIJ.

NOT. 108. **P**ag. 334, inter Omissos, in Isidoro post, Galesinius, adde [Exstat in MS. monasterii Bodecensis Canonico regularium Vita S. Isidori Episcopi, cujus festum celebratur VII Idus Januarii; sed quae ab imperito scriptore temere consarcinata: nam libros ei tribuit qui sunt S. Isidori Hispanensis, de quo agemus IV Aprilis, et tamen Episcopum Africanum facit. Galesinius, quem hodie memorat, ait Nicomediae martyrio coronatum.

Luitprando Longobardorum Rege, Tridentum deductum est, quod postmodum Tassilo Bavariae Dux, Utilonis filius, pridie Nonas Augusti, circa annum Domini septingentesimum septimum Passavium honorifice deportari, atque inter duos muros, ante fores ecclesiae B. Stephani Protomartyris, ubi Episcopi Sedes est, deponi fecit. Cum vero idem Valentini Confessoris Christi corpus, per quingentos fere annos, multis miraculis clarum in Passaviensi Ecclesia quievisset, tota dioecesis ejus patrocinium saepe numerosensit, praesertim in Hungarorum nondum Christianis ritibus initiatorum incursionibus et oppugnationibus, in quibus praesentissimum ejus auxilium incolae sunt experti. Allatis denique reliquiis S. Maximiliani Episcopi Laureacensis, sub Rudolphi Romanorum Regis imperio, Gotfridus ejus nominis primus Episcopus Passaviensis corpora SS. Valentini et Maximiliani, ne humiliori loco posita obsolescerent, honorabili tumba in eadem basilica Passaviensi, extra chorum, sicut hodie cernitur, collocari fecit, sub annum Domini millesimum ducentesimum octuagesimum quintum. Haec ibi. At Wiguleus Hundius a Bernhardo Godefridi successore factam hanc translationem scribit. Et sane si anno 1285, contigit, ut hic dicitur, jam Episcopus erat Bernardus, qui ut ex ejus epitaphio constat, obiit anno MCCCXIV, v Kal. Augusti, pontificatus sui anno xxx.

secunda,

tertia

a quo curata.

NOT. 109. *Ibidem* in Matthaeo Episcopo Agrigentino post, hic omitto, adde [Monstierius eum VIII Octobris suo Martyrologio inscripsit, pluribus allatis pii alicujus cultus argumentis: an ab Ecclesia tamen quidquam de ejus sanctitate sit promeritatum, nescimus.

NOT. 110. *Page* 353, inter Omissos post Amadeum Episc. Lausanensem, adde [B. Elisabetha Ruttensis, quae vulgo Bona Beta appellatur, refertur hoc die ab Arturo Monstierio: sed Conradus Praepositus Canonico regularium Waldsee, ejus Confessarius, scriptorque vitae illius, quam et Monstierius citat, diserte tradit obiisse festo S. Catharinae. Eam vitam dabimus XXV Nov.

DE S. JULIANO M.

NOT. 111. **P**ag. 353, col. 1, post nu. 1, adde [IX Januarii in Prolegomenis ad Vitam S. Juliani sponsi S. Basilissae § 3, num. 13, diximus eundem videri qui in quibusdam Martyrologiis VII Janu. refertur; licet hic alii duo a nonnullis memorentur.

DE S. VALENTINO EP.

NOT. 112. **P**ag. 368, col. 2, nu. 4, lin. 14, post Episcopi et Confessoris, sequentia usque ad num. 3, sic exprime [Agitur ergo VII Januarii S. Valentini natalis (jam inde a S. Severini Noricorum Apostoli aeo, ut mox dicemus) officio duplici: IV Augusti Translatio, duplici quoque officio, XXIX Octobris ejus nulla modo fit commemoratio in propriis illius Ecclesiae officiis. Ferrarius VII Junii ista scribit: Magis in Norico S. Valentini Episcopi Bataviensis. Citat in Notis tabulas Ecclesiae Passaviensis, quae tamen S. Valentini eo die non meminerunt. Neque in Norico situm est Majense castrum. Ceterum in catalogo Episcoporum Passaviensium non reperitur Valentini nomen, quod merito miratur Velserus in Notis ad Vitam S. Severini. Quae de priori illa translatione e castro Majensi ad Ecclesiam Passaviensem in ejusdem Ecclesiae officiis narrantur, lubet hic subjungere; ita ergo habent Lectiones secundi nocturni: S. Valentini Episcopi corpus, cum aliquot annis in Majensi castro humatum, in pace quievisset, tandem circa annum Domini septingentesimum vigesimum tertium, a

S. Valentini
translatio

prima.

NOT. 113. *Pag.* 369, numerum VIII, ita exprime: [Hic dabimus quae de S. Valentino scribit Raderus noster; dein fusiorem vitae et translationis historiam, a quingentis annis traditam litteris ab anonymo auctore. Eam Surius IV Augusti paullulum a se expositam edidit. Primigeniam phrasim nacti sumus e MS. cenobii Bodecensis Canonico regularium in dioecesi Paderbornensi.

Ibidem col. 2, pro Vita ex Surio hanc substitue, notationibus, quae isthic adjectae sunt a nobis, huc quoque transcriptis.

VITA ET TRANSLATIO

S. VALENTINI EP. BATAVEN.

Auctore anonymo, ex MS. cenobii Bodecensis descripta a Joan. Gamansio Soc. JESU.

CAPUT I.

S. Valentini inventio, translatio.

In civitate Pataviensi inventum est sub nostro aevo corpus sanctissimum venerandi Confessoris Christi et Episcopi Valentini, temporibus B. Callisti Papae anno Dominicae Incarnationis a MXX, a venerabili ejusdem Sedis Antistite Dedalrico: quod olim illuc translatum a Longobardorum gente de castro Magiensi,

S. Valentini
corpus inven-
tum,

a